



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Svcqv̄et E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Ludov Blosij Rosarium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

1. Resurrectio Domini. 2. Ascensio eius in cælum. 3. Missio Spiritus sancti. 4. Assumptio B. Mariæ in cælum. 5. Coronatio B. Mariæ.

Ludovici Blossij Rosarium, seu sertum B. Virginis Mariæ quinque-partitum, vitâ & gestis IESV Christi pulchrè exornatum.

PARS I.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, Placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem tu Virgo purissima Angelo nuntiante de Spiritu sancto in civitate Nazareth concepisti, ac novem mensibus in castissimo utero tuo gestasti, Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, Placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quo concepto, tu Deo plena ad Elisabeth cognatam tuam cum festinatione perrexisti, & eam salutasti, eiq; humiliter servivisti. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem in Bethleem, in vili stabulo tu Virgo inviolata non solum sine dolore, sed etiam cum ineffabili gaudio peperisti, natumq; mox ut verum Deum devotâ mente adorasti. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, Placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem infantulum vagientem virgineo lacte pavisti, panniculisq; involatum in praesepio super fœnum & stipulas reclinasti. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimū Redemptorem nostrum IESVM, quem recens natum Angeli pastoribus gratulabundi nuncia verunt: & eum laetis vocibus collaudantes, pacem hominibus bona voluntatis cecinerunt. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem pastores festinanter pergentes in Bethleem, invenerunt positum in praesepio, & eum adoraverunt cum ingenti admiratione & gaudio, Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui octavo à natiuitate suā die dignatus est purissimum sanguinem pro nobis fundere & circumcidi, atque ad nostram consolationem IESVS nominari. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in celis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem Magi ab Oriente venientes piē quaeserunt, & magno gaudio perfusi stellā duce in Bethlehē inuenerunt: ibiq; illum humiliter adorantes, aurum, thūs, & myrrham deuotē ei obtulerunt. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in celis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem die quadragesimo in templum iuxta legis praescriptum detulisti, & hostiā pauperum redemptum Deo Patri gratissimo corde obtulisti. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in celis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem in Aegyptum propter metum Herodis, monitu Angeli mater fidelissima deportasti, tandemq; eum inde in ciuitatem Nazareth retulisti. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in celis, Amen.

Laus Trinitati fulgida, Patri, Nato, Paraclēto, laus Virgini Dipara, nunc & per omne saeculum, Amen.

P A R S I I.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem tu Virgo mater, cum esset annorum duodecim, in Ierusalem perdidisti, & eum mæsta requirens, post triduum in templo leta inuenisti. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in celis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrū IESVM, quem tibi subditum maternā curā sedulo enutristi, & nihilominus ei tamquam altissimo Deo sanctam reuerentiam semper exhibuisti. Fac ut ipsi dulcissimo Filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in celis, Amen.

¶ Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui anno a tavis suauitissima in Iordana

Iordano flumine humiliter à servo suo Ioanne baptizari voluit, cum tamen ipse innocens Agnus Dei nullam unquam peccati maculam contraxerit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placata clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil manducans jejunavit, sicq; cum servis Domini cali & terra habitavit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placata clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui pro salute nostrâ tentari à diabolo non recusavit, & quomodo Satanam vincere nos oporteat, demonstravit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placata clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui per urbes, vicos & castella iter faciens, Evangelium regni celorum studiosè predicavit, & labores fatigationemq; corporis propter nos libenter sustinuit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placata clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui crebrè in oratione pernoctavit; & famem, sitim, frigus, æstum, variasq; persecutiones mitissimo corde nostro causâ pertulit, Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placata clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui conversans inter homines omnibus afflictis misericorditer subvenit; ac signa plurima fecit, & Maria Magdalena, aliisq; peccatoribus verè poenitentibus veniam promptissimè dedit, seque eis familiarem præbuit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis. Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placata clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui coram tribus discipulis in monte transfiguratus, facie sicut sol refulsit, & excellentiam gloriosi corporis magnificè ostendit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESU Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, Placata clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui veniens Hierosolymam ut pro nobis pateretur, rex humilis & mansuetus asina insedit, atque inter laudes, quæ ei à populo canebantur, videns civitatē lacrymas effudit.

di

dit. *Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.*

Laus Trinitatis fulgide, Patri, Nato, Paracleto, laus Virgini Deipara, nunc & per omne saeculum, Amen.

P A R S I I I.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, Placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui in cana novissima pedes discipulorum suorum positus genibus humiliter lavit: & praeclentissimum Eucharistiae Sacramentum inenarrabili charitate instituit. *Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.*

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui ingressus cum discipulis suis in hortum Oliueti, maximam tristitiam propter nos correptus fuit: & prolixè orans, sudorem sanguineum pro vehementia angustiarum toto corpore sudavit. *Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.*

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui inimicis suis obviam processit, eisq; ultro se obtulit, & à Iuda proditore osculum accipere non renuit. *Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.*

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem viri impii irreverenter comprehenderunt, & tamquam malefactorem ac latronem duris vinculis ignominiosè ligaverunt. *Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.*

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui vinculus ad pontificem cum opprobrio adductus fuit, & ab uno ministrorum ejus atrocem alapam suscepit. *Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.*

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui in domo Caipha falsis testibus fuit pressus, & putentibus sputus foedatus, & ludibriosè relatus, & colaphis alabisque inhumaniter casus, ac blasphemis indignissimè affectus. *Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.*

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui contempnibiliter ductus ad Pilatum, demisso placidoq; vultu coram eo stetit, & ad falsos Iudeo-

vum accusationes humiliter tacuit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem Herodes ad se missum sapienterq; coram se silentem spreuit, & albâ ridiculaq; veste tamquam fatuum induit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui in pratorio fuit dedecorose nudatus, & ad columnam inclementer ligatus, & flagris crudelissime conscissus, proprioque sanguine miserabiliter cruentatus. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem homines iniqui chlamyde purpurâ ad majus ludibrium vestierunt, & acutis spinis coronaverunt, & nugatorie adoraverunt atque subsannaverunt, & arundine percusserunt, ac scædâ conspuerunt, & divi alapis ceciderunt. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Laus Trinitati fulgida, Patri, Nato, Paraclito, laus Virgini Deipara, nunc & per omne saculum, Amen.

P A R S I V.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui gestans coronam spineam & purpureum vestimentum, è pratorio fuit à Pilato productus, & Iudæis ostensus, atque ab eis ad mortem, crucis magno turbulentoque clamore postulatus. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem Pilatus morti injuste adjudicavit, voluntatq; Iudæorum tradidit. Ipse erga mox ab eis trabe crucis oneratus, ignominiosum hoc lignum laceris humeris suis cum ingenti cruciati patienter bajulavit, factusq; opprobrium hominum & abjectio plebis humiliter ad Calvariam perrexit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui in loco Calvaria myrrhato sellisq; vino fuit potatus, ac vesilibus probrose nudatus, & manus

ac pedes clavīs atrociter perterebratus cruciq; affixus. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui nudus, vulneratus & contemptus in ligno crucis pro nobis pependit, amarissimoq; doloris per tulit, ac preciosum sanguinem suum fudit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui cum mediis inter duos latrones in cruce penderet, & à Iudæo subann-retur, blasphemijq; impeteretur, humillimam patientiam exhibuit, & insuper pro blasphemis crucifixoribus suis Patrem exoravit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui latroni vere penitenti peccata omnia misericorditer condonavit. & paradisi gaudia liberalissime promisit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teq; videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui tibi dulcissima genitrici sua sub cruce stanti atque acerbè dolenti intimè compassus est, & te Iohanni discipulo commendavit, esq; ac nobis omnibus in matrem dedit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis. Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui suam passionem sine aliquo sensibilis consolationis relevamine toleravit: unde & gravitatem cruciatuum suorum indicans, se derelictum voce magnā clamavit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui exanguis in cruce pendens, se vehementer sitire est testatus, sed felle & aceto in extremā illā calamitate fuit potatus. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placā clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui morie vicinus spiritum suum in manus Patris commendavit: jamque redemptionis nostræ opere consummato, bonus pastor animam pro ovis suis ex puro amore posuit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum

Et eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Laus Trinitati fulgida, Patri, Nato, Paracletico, laus Virgini Deipara, nunc & per omne saeculum, Amen.

P A R S V.

Pater noster, &c. Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, Placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui morte pro nobis in cruce gustata, mox ad inferna secundum animam ex summa charitate descendit, & electos suos potenter inde eripuit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, cuius sanctissimum latus, te presente, lancea apertum, & amorosum cor vulneratum fuit, unde nobis sanguis purpureus & aqua salutaris profluxit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, quem de cruce depositum in sinum gremiumque tuum (ut pie credimus) suscepisti, & lacrymis ubertim rigasti, eius oscula amanter impressisti. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, cuius corpus sacratissimum Ioseph & Nicodemus pia devotione aromatibus condierunt, & sindone involuerunt, atque in sepulcro posuerunt. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui tertia die victore clauso sigillatque sepulcro prodicens, a mortuis virtute propria surrexit, & te dilectam matrem suam ceterosque amicos suos optatissimo gaudio latificavit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui quadragesimo post resurrectionem suam die, in caelum gloriose ascendit, & ad dexteram Patris triumphator nobilis consedit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, Placa clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui Spiritum sanctum in Apostolos aliosque fideles misit, & eos illo mirifice consolatus est, confortavit,

vit, illuminavit atque instruxit. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placida clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui te charissimam genetricem suam in calum assumptam supra choros Angelorum exaltavit Regendamque & Imperatricem celsissimam constituit. Fac ut ipsi dulcissimo Filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placida clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui in fine saculi venturus est iudex in maiestate magna, ut reddat reprobis horrenda supplicia, & iustis aeterna gaudia, Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Ave Maria, &c. O benigna & suavis Maria, placida clementissimum Redemptorem nostrum IESVM, qui est amabilis & desiderabilis gloria Beatorum, atque cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus in sacula seculorum. Fac ut ipsi dulcissimo filio tuo IESV Christo placeamus, & eum teque videre mereamur in calis, Amen.

Laus Trinitati fulgida, Patri, Nato, Paraclito, laus Virgini Deipara, nunc & per omne seculum, Amen.

CAPVT XX.

Diarium sive actionum per diem ordinatio.

ETIAM Ethnici in eo perfectionem constituebant, ut quis agenda & modum prospiceret. Diogenes monere solitus ut priusquam quis mane egrederetur, quid dicendum, faciendum & quomodo, prospiceret, reversus ea examinaret. Pythagoras idcirco duo tempora maximè observanda aiebat, matutinum, ut quis tum agenda prævideat, & vespertinum ut ea recognoscat. Vnde & Sapiens: Palpebræ præcedant gressus tuos, ut videas quas gemmas colligere, quæ lucra ex re omni ut avarus solet. Nonne lucrum maximum ex omnibus amorem Dei colligere, & gemmam preciosissimam v. g. quoties domo egrederis aquam lustralem capis aut lavas, si pio habitu contritionem excites, vel amorem, quantum lucrum omnino incomparabile, & facillimum. Certè sanctitas in eo sita est & perfectio, quòd cogitationes, verba, & opera in pondere, numero & mensurâ, coram Deo & ad gloriam ejus sanctè & perfectè fiant, id imprimis curandū est, & Deus ac Dominus noster imitandus. Quemadmodum enim illè omnia opera sua in summo bene fecit, ita singula opera nostra quantum unquam melius possumus, facere debemus ex omni virtute Domini

Prov. 4.
Quanta lucra
ori spiritualis
ocasio.